




Hollandia

Kaart van Holland, Jan Evertsz. Cloppenburgh, 1632

<https://hdl.handle.net/1874/20427>



HOL-33

Imperium Majorem. neutralibus, ipsisque adeo ex aquis eductus, ventoque & sole exsiccatus, ad focos adhibetur. Hollandia olim suos reges habuit, quorum meminit Suetonius in Caligula cap. 44. Verum anno Christi 10 ccclxi 11 a Carolo Calvo Francorum Rege in Comitatum redacta est, eique praefectus est *Theodorus* e Regio stemmate ortus. Patri *Theodoro* successit *Theodorus* filius, huic *Arnoldus*, Arnoldo *Theodoricus*, atque huic alijs ex ordine, quorum seriem apud Munsterum & alios habes. Bellica olim gloria clari admodum fuerunt. Hoc enim praesidio cum fide coniuncto in fraternitatem Imperij Romani accepti sunt Batavi. Hac Duce benevolentiam sibi apud Principes constabilierunt, & stabilem sui fiduciam plerisque illorum Tyrannis impresserunt. Per hanc denique veram laudis imagine conspicui esse ambierunt. Vrbium nunc nobis est proponenda descriptio: sunt autem *Durdrechtum*, *Harlemum*, *Delphi*, *Lugdunum*, *Amstelodamum*, *Gouda*, *Naeudemum*, *Muda*, *Wesopum*, *Edamum*, *Monachodamum*, *Purmerenda*, *Almeria*, *Encheyza*, *Horna*, &c. *Durdrechtum* Vrbs totius Hollandiæ primaria est. Facies ejus oblonga exit ad modum triremis: ipsa opulenta & copiosa, imo eorum omnium quæ in annonæ reique alimentariae usum venire atque expediri possunt, locuples quoddam penu est. Jus habet sistendi & retrahendi ad se Merces exoticas, quæcumque secundo amne importantur, ut nimirum eo loco stabulentur, ac conquiescant, donec veditæ sint: & inde rursum non alijs quam popularibus navigiis alio devehantur. Hoc privilegium a *Stabulo* vocant *Stapulam*. *Harlemum* amplitudine urbis, ædificiorum cultu, situs amœnitate nobile est. Templum habet totius Hollandiæ pulcherrimum firmissimis innixum columnis, foro imminentis. Vrbem *Sparnus* interlabitur. Exstructa creditur a Friesis, circiter annum 10 vi. Huic urbi inventæ typographicæ artis gloria debetur. Est & altera hujus urbis gloria, capti novo consilio *Pelusii*, quam *Damiata* vocant, cuius rei symbolum habet nolas binas ex ære Corinthio quæ are *Damiata* appellantur. *Delphi* sequuntur non Apollinis tri-

*Majorum virtus.**Vrbes.*

pode, sed Ceteris & *Bromij* manere insignes. Coquitur enim in hac urbe Cerevisia post Britannicam optima. Nomen habet a fossa, quam Batavi *Delf* vocant, ducta a Mosa ad urbem usque. Anno c10 13xxxvi, v Non. Maii, ignis nato ex favillis forte incendio, luctuosum ac funestam urbis faciem reddidit, absymta deformataque pleraque urbis parte: ex quo incendio postea pulchrior emicuit. *Leida*, Ptol. *Lugdunum Batavorum*, urbs est sita ad medium Rheni ostium Plin. & Ptol. nominatum. Sustinuit anno c10 13lxxiv gravem obfisionem, sed pulsis hostinus divina ope & aquarum stagnatuum vi liberata est. *Amstelodamum* nobilissimum hodie totius Orbis Emporium ab Amne *Amstela* nomen habet, ut notavit doctus ille Poëta *Nicolaus Cannius*, civis Amsterdameris, hisce versibus:

*Hac illa est Batavæ non ultim a gloria gentis,
Annis cui nomen, cui cataracta dedit.
Dicta prius Damum, rarisque habitata colonis
Cum contenta casis rusticâ vita fuit.
Hinc Amsterdamum jam facta celebrior, atque
Fortunæ crevit temporè nomen item.
Vrbs bene nota prope, atque procul distantibus oris,
Dotibus innumeris sufficienda bonis.
Dives agri, dives pretiosæ vestis & auri,
Ut pleno cornu copia larga bœet.
Quod Tagus atque Hermus vehit & Paetulus, in unum
Verè hoc congestum dixeris esse locum.*

Paucis initio piscatorum tuguriis habitatum, jurisdictionis fuit Dominorum Amsteliorum. Hanc urbem postea Gisbertus Amstelius ante annos ducentos octoginta plus minus, communiti propugnaculis, portis ac turribus fecit: quibus per invidiam vicinorum conflagratis, muro cingi cœpit anno c10 ccccxxci. Ex eo perpetuo aucta & Hollandici juris fuit. Nunc vero non Hollandiæ solum, sed omnium vicina-